Est tamen hic intelligendum quod duplex veritas est in oratione. Est enim veritas signi, prout signum est simpliciter ad actum signi relatum et non ad hoc vel illud significandum; sicut dicitur verum signum, quod non fallit | in actu significandi. Et hanc veritatem, ut probat ANSELMUS, oratio non amittit propter rei significatae mutationem. Haec enim oratio ‘me sedere’ verum signum est eius quod ego sedeam, sive sedeam sive non sedeam; semper enim significat quod sedeam, et in hoc non fallit, quin hoc significet recte et vere, quia hoc in quantum signum est accepit significare. Signum enim verum est quod recte significat id quod habet significare et in hoc non fallit.

Est autem alia veritas in signo relato ad hoc significandum et adaequata illi, sicut haec oratio ‘ego sedeo’ adaequata est rei dum sedeo. Et haec mutatur ipsis rei mutatione et de hac loquimur hic et non de prima. Prima enim immobilis manet manente signo, propter quod etiam quidam primam putabant esse veritatem et unam et eandem in omnibus veris signis quamvis hoc dubium sit, cum signum sit rectum et verum, quando significat id quod in prima veritate omnia instituente et ordinante accepit significare, et sic [signum] sit rectitudo signi relata ad primam sui causam exemplarem. Tamen relatio haec potest numerari, incipiendo a prima veritate, et sic est una; potest etiam numerari ex parte signorum relatorum, et sic cadit in multitudinem, et sic numeratur simpliciter; et ideo simpliciter est multae et secundum aliquid est una.

CaPIP2ShPoO1P3Bs3Br nlp

40 Ca f.63vb

1–2 secundum – sibi] sunt *nlp* 2–3 et – obscurior] altera vero obscurior est *Br* 3 opacitate] obscuritate *Bs3* | et] vel *Sh* 4 albedinem] albedina add. *Po* 7 vel] et *PoBs3Br* 8 est¹] ei add. *n ea add. lp* | eadem] codem *Po* est *praem. Bs3Br* | albedini] albedinis *CaPIP2ShPoO1Bs3* albedo *nlp* 10 non] est add. *Bs3Br* | sanitas] est add. *P2 nlp* | in² om. *Bs3* 11 aequalitas] qualitas *O1* 12 quamvis] quamvis enim *Br* quam *CaPIP2PoO1* qua *Bs3* | sanitatis] sanitas *P1* claritatis *praem. n* | mane et] in mane et in *nlp* 14 eadem numero] codem modo *nlp* | ratio] oratio *Bs3* | et] ea add. *Ca* et exp. *Ca*¹ 15 non] et *praem. O1* om. *P3* 15–16 susceptiva] susceptam *PIP2* susceptanti *O1* est add. *Br* 16 et] vel *P3Bs3Br* | in² om. *Ca* capitulo primo add. *lp* 19 eorum] rerum *Sh* *nlp* carum *Br* 20 mente] in *praem. Po* *nlp* 21 vel¹ om. *Sh* et corr. *Sh*¹ | conceptorum] conceptuum *Bs3* 22 vel¹] et *Sh* *nlp* ut *Po* ‘*Br* canc. *Bs3*¹ | opinione] in *praem. Bs3Br* 23 et¹] vel *P2P3 corr. P2*¹ | oratione] operatione *n* 24 rem] ratio *O1Br* et est *n* | significantis] significantis *n* 25 mutatur] mutantur *Sh* 28 mens] ens *Bs3* tam ens *Br* | et] sive *Bs3* 29 sunt] est *P3* | variatione] verificatione *Bs3* mutatione *PoBs3*¹ | vel] et *Po* 31 existente] existenti *Br* 32 latus] aut *praem. n* | efficiuntur *CaPIP2PoO1Br* *n corr. Po*¹ | dexter – sinister] dexteram quod prius erat sinistrum *P3* 33 sua] sui *Sh* | ex – mutatione om. *O1* | qui] quac *PIP2PoO1P3Bs3Br nlp* 34 ipsum] hominem *P3* | ut] vel *Ca corr. Ca*¹ 35 a om. *Ca* 36 hic] hoc *Bs3O1* | duplex] dupliciter *Po* dicimus quod *Bs3* 37 est om. *O1* 39 illud] ad *praem. Po* *nlp* | sicut] sic *Br* 41 Anselmus] Augustinus *P3Bs3 corr. Bs3*¹ 42 me sedere] ego sedeо *Br* 43 sedeam¹ om. *O1* | sive sedeam om. *P1Po n corr. P1*¹ | sedeam²] ego *praem. Sh* 44 quod] ego add. *Bs3Br* 45 quin] quia *nlp* | significat] significaret *Br* significat *lp* | vere] bene *Po* | hoc²] ergo *Br* 46 est om. *nlp* | accepit] accipit *PoP3* | significare] signare *n* 47 recte] ratione *PoBs3 corr. Po*¹ | significare] signare *n* 49 alia] sua *CaPIP2PoO1Bs3 corr. P1*² *Po*¹ secunda *P3* | relato] et add. *Br* 50 et] est *Br* 51 haec] hoc *Bs3Br nlp* veritas add. *P3* | ipsius om. *Br* 53 immobilis] in nobis *CaPIP2PoO1Bs3Br corr. Po*¹ *Bs3*¹ 54 et om. *Bs3Br* 56 signum om. *P2* | quando] cum *Bs3Br* 58 significare] signare *nlp* | sit] fit *P1O1 nlp* 59 relata] ad *praem. nlp* | sui] secundum *Br* | exemplarem] extra rem *P3* 60 haec] hoc modo *Bs3* hic *Br* om. *nlp* 64 aliquid] aliud *n*

9 Arist., Phys. I.5 c.4 (228 a 9–12); transl. vetus Arist. Lat. VII, I.2 p.205 v.6–8; cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t.4 p.430 v.25sqq. – 17 Arist., Peri herm. c.1 (16 a 3sq.); transl. Boethii Arist. Lat. II, I.2 p.5 v.4–6; cf. Alb., Peri herm. tr.2 c.1 (Ed. Paris. t.1 p.380a-b). – 30 Boeth., De trin. tr.1 c.5 (ed. Moreschini p.178 v.300–306); cf. Boeth., In Cat. Arist. I.4 (PL 64, 292A). – 34–35 Cf. Alb., De praedic. tr.2 c.11 (Ed. Paris. t.1 p.187a sqq.); Alb., De praedic. tr.2 c.13 (Ed. Paris. t.1 p.191a sqq.). – 41 Ans., De veritate c.2 (ed. Schmitt t.1 p.179 v.12sq.).

Cap. 4. Quid sit substantiale et per consequens quid sit accidentale

Quia vero omnis forma quae est totum et notio totius esse quae praedicatur de aliquo, aut est substantialis aut 5 accidentalis, oportet hic loqui de substantiali quid sit et per consequens etiam determinare quid sit accidentale.

Dicimus igitur quod substantiale secundum suum nomen est id quod habet modum substantiae in eo cui est substantiale. Et hoc aliquando est substantia et aliquando 10 non-substantia, secundum naturam habet tamen modum substantiae. Substantia quidem est, quando est in genere substantiae, ut animal et substantia est et substantiale homini, et homo et substantia et substantiale Socrati, et similiter rationale est substantiale homini et 15 Socrati. Est autem aliquando non-substantia habens tamen modum substantiae, sicut color se habet ad albedinem et sicut qualitas se habet ad colorem vel disgregativum visus se habet ad albedinem et sicut extremitatem perspicui esse se habet ad colorem. Est enim genus substantiale ut materia et differentia est substantiale ut forma. Dicitur autem substantiale aliter, scilicet quod sicut in causa per se est in aliquo, sicut risibile substantiale dicitur homini quod in natura hominis est sicut in per se causa. Et illud nec substantia nec habet modum 20 substantiae in constituendo substantiam, sed quantum ad inesse inseparabiliter habet modum substantiae. Adhuc autem quarto modo dicitur substantiale quod inest in ratione diffinitiva loco differentiae quamvis nihil sit

de essentia et esse ipsius, sicut nasus substantialis est simo et oculus lusco et tibia claudio et dorsum gibbo et 30 generaliter subiectum proprio accidenti. Et quia sic dicitur substantiale aliquando quod non-substantia, habens tamen aliquem substantiae modum, ideo dixit BOETHIUS quod substantiale medium est inter substantiam et accidentem. Sed non est medium per abnegationem 35 utriusque extremorum dictum secundum propriam ipsius naturam et entitatem, quia tale medium esse non potest, eo quod omne quod est est substantia vel accidentem secundum naturam suae entitatis; sed est medium per hoc quod aliquid utriusque participat, sicut diximus, 40 habet enim naturam accidentis et modum substantiae.

Oppositis autem modis dicitur accidentale, scilicet quod natura est aliquando substantia et habet modum accidentis sicut extraneum, quod gratia alterius inest vel convenit, sicut digitus sextus, qui – quamvis sit substantia – tamen, quia per formativam manus non fit, sed per abundantiam materiae, 45 ideo accidentalis est. Est etiam accidentale quod naturam et modum habet accidentis, sicut albedo Socratis; vel quod inest et non in ratione diffinitiva et in cuius ratione diffinitiva non inest subiectum et quod 50 inest et non per causam per se et propriam.

His igitur modis cum dicatur substantiale et accidentale, dicimus quod *substantiale est, quod confert esse compositioni*, hoc est composito, *ex quadam compositione*. Dico autem ‘quod confert esse’ sicut genus et materia et sicut 55 differentia sive forma composito, quod ex genere et differentia vel ex materia et forma componitur; et dico

Arist. Lat. 36,7–13 [6] Substantiale vero est quod esse confert ex quadam compositione (compositioni ut in pluribus) quod impossibile est deesse, ut ratio et sensus, sive horum similia, ut continuum et discretum. Hoc vero erit ut materia vel ut forma, ut corpus quidem est materia hominis, anima vero forma. Erit itaque substantiale ut est ‘corpus’, ‘homo’, atque ‘ratio’. Haec autem in his quae DE 60 CATEGORII sunt, expedita sunt.

CaP1P2ShPoO1P3Bs3Br nlp

1–2 Cap. – accidentale] De substantiali quid sit et de acceptib[us eius Br om. P2 n 1 substantiale] esse add. P3Bs3 2 sit om. ShPo lp | accidentale] esse add. P3Bs3 3 Quia] Substantiale vero etc. *praem. l* | vero om. Bs3 | notio] noti *Ca corr. Ca¹* notius *PIP2ShPo* 4 esse] et nlp | aut¹] autem *P1* | aut²] est add. Br 6 consequens] est add. P3 7–8 nomen] modum Bs3 esse Bs3¹ 8 in] quod *praem. Sh* | cui est] cuius est *P1*² quod est *P2PoO1 corr. Po¹* quod *Bs3Br lac. CaP1* 9 et om. O1P3Br 9–10 et – non-substantia *hom. Bs3* | aliquando] est add. Po 10 naturam] materiam lp 11 quando] quod Bs3 12 et substantia] est animal n 12–13 substantiale] est add. Br 13 et¹] similiter Br | et²] est O1Bs3 | et³] sunt Br est *praem. P3 nlp* add. Bs3 | substantiale] substantialis Br 14 et¹ om. Bs3 15–16 tamen] totum *CaP1P2PoO1Bs3Br corr. PI²Po¹Br¹ om. nlp* 17 sicut – habet] qualitatis Bs3 | ad om. Sh | vel] sicut add. sup. lin. Br¹ 18 se habet om. Bs3 | albedinem] et sicut extremitatem perspicui esse se habet ad albedinem add. nlp | sicut] sic *CaP2PoO1P3* 19 enim] igitur Sh 20 et om. Bs3 | est om. P3 21 Dicitur autem] adhuc causatur Br | autem] tamen *CaP1P2ShPoP3Bs3 nlp corr. Ca¹* 22 sicut²] sic Sh 23 quod] quia Sh | in² om. nlp 23–24 in² – se] impressa *Ca corr. Ca¹* 24 illud] id nlp | substantia] est add. Bs3¹Br¹ nlp 25 constituendo] construendo nlp | quantum] inquantum lp 27 quarto] tertio Bs3 28 in om. P3 | diffinitiva] alicuius *praem. Br* | sit om. P1 29 essentia – ipsius] ratione et essentia eius P3 | nasus] visus *Ca corr. Ca¹* | substantialis] substantiale nlp 30 simo] asino Br | et² om. Bs3 | gibbo] gibboso Bs3 31 subiectum] substantia nlp 32 quod om. O1 | non-substantia] non est substantia nlp est add. sup. lin. Br¹ 33 dixit] dicit nlp 34 est om. CaSh | inter om. Ca corr. Ca³ 35 per] secundum O1 38 est²] aut *praem. P3 om. O1* n 40 participat] est participans Po 41 modum] non Br 42 scilicet] secundum O1 43 est] est add. P3 45 sicut inser. in lac. Ca³ | qui] quia O1 | sit] est Bs3 om. P3 n 46 formativam] formam P3 formativus Br¹ formationem nlp | non om. Bs3 | fit] sit P2P3 est Br | sed om. CaP1P2ShPoO1Bs3 47 accidentalis] accidentale nlp | etiam] autem O1 48 quod] in add. CaP1 etiam add. PI¹P2Sh¹PoO1 exp. Po¹ modum quod add. P3 | habet inser. in lac. Ca³ 49 et om. P3 | in om. P3Br corr. Br¹ 49–51 in – non hom. nlp 50 in cuius] intus PIP2 corr. PI² | non om. Br | inest] est P3 ingreditur in ras. Br¹ | et²] illud Bs3¹ om. Br 51 et¹ om. P3 | causam] et add. Bs3 | et propriam om. Br 52–53 accidentale] actum tale PI 53 dicimus] diximus P3 54 hoc est] id est O1 55 autem] ergo Br | sicut] esse *praem. P3* compositioni *praem. Br* | et¹] vel ShPo nlp ut in ras. Br¹ 56 sive] sicut Br ut Br¹ | quod] est add. ShPo¹ 57 ex materia] extra P2 | componitur] composita Bs3 | et dico] dico quod Br

59 deesse] rei add. Un Alb.

16–21 Cf. Alb., De praedic. tr.2 c.3 (Ed. Paris. t.1 p.171b sq.). 33–34 Boeth., In Cat. Arist. l.1 (PL 64, 192 B-C).

– 27 Cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t.1,1a p.83 v.10–15. –

'ex quadam compositione', quia vera quidem compositione est ex materia et forma quae inter se divisae sunt naturae et neutrum est principium alterius. Quaedam autem compositio – et non compositio simpliciter – ex 5 genere est et differentia, quia differentia sicut incohatio- ne est in genere essentialiter, et genus est principium ipsius ex quo per intellectum agentem educitur, et propter hoc non absolutam facit compositionem. Et ideo etiam diffinitum ex genere et differentia est unum et non multa. Idem enim est in potentia et actu | nec alia essentia est differentia nisi in generis formali potestate continetur. Hoc 10 igitur substantiale *ut in pluribus* et hoc *impos- sibile est deesse* rei illi cui est substantiale.

Hoc autem patet in formalibus, *sicut ratio* inest homini 15 *et sensus animali sive horum similia* in aliis, et in accidentibus quidem exemplum est, *ut continuum* est in continuis (linea, superficie et corpore) *et discretum* in discretis (oratione scilicet et numero). Si autem *hoc* quod dictum est, substantiale est quod confert esse rei et quod non potest 20 deesse ab esse rei, tunc substantialium quoddam est *sicut materia et quoddam sicut forma, sicut corpus quidem* substancialis est homini sicut *materia, anima* est substantiale homini *sicut forma, et sic erit corpus homini substantiale* et anima similiter. Et quia naturali compositioni respondet com- 25 positio logica sive rationalis, ideo *et ratio* sive rationale *erit substantiale* homini et animal genus similiter.

Haec autem et his similia per tractatum *expedita sunt* in scientia libri, qui DE CATEGORIIS inscriptus est. Sed hic de

his aliquid dicere oportuit, quia per ista accipiemus principia qualiter quaedam in sex principiis habent ordinari et quaedam excludi a talium coordinatione. Quaecumque enim ab aliquo principio sic dependent quod principium illis esse confert et quod esse eorum non potest esse sine illo principio, procul dubio haec sunt de talium principiorum coordinatione; quae vero non respiciunt ipsa nisi forte per accidens, ad aliud sicut ad genus et principium ordinantur vel forte secundum aliquid sunt in uno et secundum aliquid in alio. Nihil enim prohibet unum et idem esse in diversis praedicamentis secundum diversitates quae sunt in ipso quorum unum forte est substantiale, reliquum autem accidentale sicut corpus album bicubitum, quod in eo quod corpus est in substantia est, in eo vero quod album est quale qualitatis, et in eo quod bicubitum est in quanto quantitatis; et hoc iam saepius in aliis tam in ISAGOGIS quam in CATEGORIIS determinatum est. Hac 40 igitur de causa a nobis hic de substantiali et accidentalni introductum est.

Cap. 5. De origine formarum, utrum a natura vel ab operatione artis sint

Videtur autem quaedam forma, sive sit substantialis sive 50 accidentalis, quae ut universale accepta est, et sic est idem toti de quo praedicatur *a natura esse producta, quaedam autem ab actu sive artis operatione. Ratio enim* sive

Arist. Lat. 36,14–37,10 [7] Videtur autem forma quaedam a natura esse, quaedam vero in actu; ratio etenim a natura est, calor vero et passio quaedam in actu consistunt. In quibusdam autem dubitatio est utrum a natura an ab actu incipient, ut in figura incisionis (nam nihil additionis fit, sed separatio quaedam partium); dico autem figuram esse a natura, †sentiri vero ab actu; sed quae

CaP1P2ShPoO1P3Bs3Br nlp

10 Ca f.64ra

1 quia] quod Po | quidem om. P3Br 3 naturae] natura nlp | neutrum] neutra Po 4 autem] est add. Br¹ n | et – compositio om. n | simpliciter] simplex P2O1P3 5 est om. Br n | differentia¹] diffinitum Po | sicut] sine n in add. ShPo'Br lp 7 ipsius] illius O1 7–8 propter] propterea P3 8 hoc – compositionem] hoc facit compositionem non absolutam Po | hoc – absolutam] hoc absolutam non Bs3 non absolutam CaP3 hoc absolutum P1P2O1Br 8–9 etiam] est P1P2PoO1 corr. Po¹ Bs3Br et canc. Bs3¹Br¹ om. nlp 9 diffinitum] diffinito Br 10 enim om. Bs3 | actu] in *praem.* O1¹Br nlp 10–11 essentia] essentialiter P3 11 nisi] nec PoBs3¹ quac add. Sh nlp quod add. Br | formalis] formalis nlp 12 igitur om. O1 | substantiale] est add. PoP3Bs3 lp | pluribus] est add. n | et hoc canc. Br¹ | hoc om. P3 13 illi cui] illius cuius Br | est²] essentiale vel add. P3 14 in formalibus] formalis substantialibus in ras. Br¹ 15 et¹ canc. Br¹ | sive – aliis om. n | horum] harum Sh | in² om. Bs3 16 est²] quidem Bs3 | continuis canc. Br¹ 17 superficie] in *praem.* Bs3Br | et¹ in Po om. P3 17–18 oratione] ut in *praem.* in ras. Br¹ oratio Bs3 18 scilicet om. Br nlp | et] in Bs3 | est om. Ca corr. Ca¹ 19 est om. CaPI corr. Ca'PI¹ | quod² om. Bs3Br 20 deesse] et add. PI Po vel add. sup. lin. Br¹ om. nlp 21 quoddam] est Br add. Bs3 | quidem] quod P3 22 sicut] tamquam in ras. Br¹ | anima] ut add. sup. lin. Br¹ | homini² om. P3 23 sic erit] sic etiam n sicut est lp 24 similiter] simpliciter Bs3 25 logica] logicalis Br 26 erit] esset nlp | et] quam differentia *praem.* in marg. Br¹ | genus] ut *praem.* sup. lin. Br¹ | similiter] simpliciter Bs3 om. Br 27 Haec] hoc Bs3 | autem] igitur in ras. Br¹ | et – tractatum] in aliis nlp | his om. P3Bs3 | per tractatum] hic tractanda Br 28 qui] quae Br quidem *praem.* n | hic om. Br 28–29 de his om. Bs3 29 oportuit] oportivum est Br | accipiemus] accipimus lp 31 talium] tali Br et talium add. Bs3 32 enim] autem in marg. Br¹ | dependent] dependet CaP1P2O1 pendens lp 33 illis] illius P2 ad in ras. Br¹ in *praem.* O1 | esse¹] eorum add. Br | eorum] illorum Bs3Br 34 illo] illorum Br ullo n | principio] esse add. Po 35 talium] tali Bs3Br | principiorum om. Bs3 37 ordinantur] ordinatur P1P2ShPo 38 aliiquid¹] aliud nlp | aliiquid²] aliud sunt add. P3 40 diversitatem] diversitatem CaP1PoO1 diversa esse ShPo¹n diversa lp diversitatem eorum P3 41 est] essentiale aut P3 | reliquum autem] et aliud Br | autem om. Bs3 43 in¹ om. P2Bs3 | in¹ – est hom. P3 | est² om. Bs3 | quod] est add. Po | quale] et *praem.* nlp vel add. Br¹ 44 qualitatis] qualitas Bs3 n et *praem.* lp | et] est *praem.* P3Bs3Br nlp | quod] est add. Po | quanto] praedicamento nlp 44–45 quantitatis] quantitas Bs3 aut quantitate est Br 45 et – iam] est hoc etiam P3 est et hoc Bs3 et hoc Br | saepius] saepe Br | in² om. nlp 48–49 Cap. – sint] De divisione formae in illam quae est ab arte et a natura Br om. P2 n 49 ab om. Bs3 51 accidentalis] sit *praem.* nlp | accepta] acceptum Br | sic] sicut nlp 53 autem] vero Po enim Bs3 | sive¹] ab add. Bs3Br

54 in] ab EeKnPlRaXv Alb.

28 Arist., Cat. c.5 (3 b 33–4 b 19); transl. Boethii Arist. Lat. I,1–5 p.11 v.21–p.13 v.19; Alb., De praedic. tr.2 (Ed. Paris. t.1 p.166a–193b). – 45–46 Alb., De V univ. Ed. Colon. t.1,1a p.78 v.1–p.120 v.32 et Alb., De praedic. tr.1 c.6 (Ed. Paris. t.1 p.161b–163b).

rationale forma *est a natura* in ipso rationali producta. Similiter etiam est in accidentium formis; *calor* enim forma est naturalis a natura producta *et similiter passio* alia in genere qualitatis sicut color et odor et sapor et huiusmodi et sanitas et aegritudo. In omnibus enim talibus patet quod hae formae tam substantiales quam accidentales a natura sunt. Aliae autem formae ab *actu* sive ab operatione nostra sunt, sicut domus et scyphus et lectulus et huiusmodi. *In quibusdam autem dubitatio, utrum a natura an ab actu sive ab opere artis incipient sicut in figura incisionis*, sicut quando sculptur Aesculapius vel Hector. In talibus enim ratio dubitationis est, quia quod a natura tales figurae sint videtur ex hoc quod ars in talibus nihil apponit ad materiam et ideo quod per naturam infuit manet, quia quod ars in talibus facit totum consistit in auferendo et separando partes quasdam a subiecto. Et quia nihil de opere artis apponit, ideo videtur non esse de opere artis in figurato et ideo tales figurae videntur esse a natura et non ab arte.

Ad hoc autem dicendum est quod in talibus figuris [hoc est] subiectum et materia figurarum est *a natura*; *sentiri* autem figuras et apparere est *ab actu* sive artis operatione. Id enim quod in materia est totum a natura est cui nihil ab arte additum est, sed aliquid est separatum ab ipso, et si ab his quae in toto naturalia sunt aliqua se-

parentur et nihil addatur eisdem, ea quae relinquuntur naturalia et a natura sunt. *Figura* igitur talis secundum omnia quae in ipsa sunt videtur *esse a natura*. Quod autem visu *sentiatur* sic vel sic lineis terminata non potest esse nisi *ab actu* et artis operatione, quia natura non fecit talem linearum terminationem. Hoc autem quod dicitur idem valet ac si dicatur quod materia figurae a natura est, et ipsa figura, prout figura terminatio est quanti, est ab actu sive artis operatione; et haec est veritas, quia, quamvis ars *nihil* addat materiale, tamen separando confert ad esse figurae ad cuius esse formale magis confert *partium separatio* quam apposito materiae alicuius, quia figuram non dicimus esse tale quid quod habeat materiam, ex qua *fit*, sed in qua sit tantum. Ad esse autem formale | figurae magis confert ablatio sive separatio partium quam collatio partium materialium aliquarum.

Sed quamvis sic dicamus de figura incisionis *quae* in separatione partium subiecti consistit, tamen constat quod quaecumque talium figurarum *coniunctionis est* et non separationis tantum, *sicut domus* figura vel lectuli vel tripodae et huiusmodi, quia in illis aliquid artis per modum appositionis operatur; illae *ab actu* et operatione sunt artis et non naturae.

Sic ergo dicendum est de figura incisionis quae sola partium incisione producitur ad actum; sic ergo quae

coniunctionis est, actus est, ut domus. Manifestum est autem de his. [8] Sed in his quae in pluribus sunt palam non est; nam ea quae in pluribus sunt, in actione esse impossibile est, a natura vero non videtur fieri, quoniam ea quae a natura sunt, a creatura existente principium sumunt; palam vero est creature non esse (nihil enim rationis omnino quare huiusmodi creature sint poterit explicari). [9] Natura igitur occulte in his operatur; nam, sicut ex plurim coniunctione constitutio quaedam priorum excedens quantitatem efficitur, sic ex singularium discretione unum quiddam intelligitur eorum excedens praedicationem. Quapropter communitas omnis naturalis est quoniam a singularitate procedit, quae creationi coaequatur. [10] Subtiliter autem speculantes, sicut naturam in actionibus latenter operari invenimus, sic creaturem creatorem in natura ex actu; numero etenim naturam stabilivit. Sed haec hactenus; alterius enim considerationis sunt.

CaPIP2ShPoO1P3Bs3Br nlp

40 Ca f.64rb

2 Similiter] simpliciter *Bs3* | etiam *om. Br* | est] quae *nlp* | calor] color *nlp* 4 et¹ *om. P3Bs3Br nlp* 5 enim *om. Bs3* 6 quod] hoc forma add. *P1* 7 Aliae] alia *Po* | autem] vero *Bs3* | ab² *om. Bs3Br* 8 sunt – et] sicut *domus P3* | et¹ *om. Br* | et² *om. P3Bs3Br nlp* 8–9 *lectulus om. O1Bs3Br* 9 autem *om. Br nlp* | dubitatio] est add. *ShPoP3Bs3Br nlp Arist. Lat.* 10 an] aut *O1* | ab opere] operatione *Bs3Br* opere *nlp* | incipient] incipiunt *Po* 11 sicut *om. Bs3Br* | sculptur] insculptur *Bs3* | sculptur Aesculapius] sculptus est lapis *nlp* 12 est *om. O1* 13 sint] sicut *CaPIP2ShO1* | videtur *om. O1* 14–15 et – quia *canc. Bs3*¹ 14 ideo] videtur add. sup. lin. *Br*¹ 15 manet] morti *CaPIP2O1Bs3* et non arte *Br om. P3* | totum] et add. sup. lin. *Bs3*¹ 16 et] in add. *Bs3* 17 ideo] non *nlp* 17–18 ideo – artis *om. P3* 18 non] nihil *Br*¹ *om. CaPIP2ShPoO1 nlp* | figurato] figuratio *Bs3* talis *praem. sup. lin. Br*¹ 20 est *om. O1Bs3Br* | figuris] figurae *CaPIP2ShPoO1Bs3 nlp corr. Ca*¹ signis figurae *P3* figura *Br* 21 figurarum] non add. *PoP3Br nlp canc. Po*¹ 21–22 a – est *om. O1* 21 a natura] ab actu sive (nec *P3*) ab opere (operatione *Br*) artis *CaPIP2P3Bs3Br nlp corr. Ca*¹ | sentiri] sculpere *P3* sentire *Bs3Br* 22 artis] ab *praem. ShO1Bs3Br* 23 in] a *Br* | est¹ *om. n* | a – est] hoc est a natura *Br* 24 aliquid est] additur *nlp* 25 et] ideo add. *Bs3 om. Br* | si] ergo add. sup. lin. *Br*¹ | toto] sunt add. *P3* 25–26 separantur] separantur *P3Br* separenter *n* 28 ipsa – videtur] ipso sunt videntur *P1* 29 sentiatur] sentitur *Bs3Br* | terminata] determinata est et *Bs3* 30 et] vel *Po* ab add. *Br* 31 talem] talium *P2Bs3Br* 32 valet] namque est *Bs3* est dicere *Br* | si *om. P1* 33 est¹] esse *O1* 34 sive] et add. *O1* ab add. *Bs3Br* 35 addat] addit *n* 36 esse¹] formale add. *Bs3Br* | formale] figurae add. *Bs3* 38 figuram] figura *P2* | dicimus] dicemus *Bs3* | esse *om. Po* | quod *canc. Bs3*¹ | habeat] habet *Br* 39 fit] sit *lp* | sit] fit *P2PoBr n* | tantum *om. Br* 40–41 partium] materialium add. *nlp* 41 materialium] in naturalium *O1* 42 dicamus] dicimus *Sh* 43 partium *om. Bs3Br* 45 separationis] est add. *Br* | domus – vel¹] dicimus domus figuram *nlp* | vel¹] et *P1* | lectuli] claviculari *Bs3Br* 46 tripodae] tripedes *P3* n tripodis *lp* | et] vel *ShBs3* | huiusmodi] huius *n* | artis] ars *ShBr*¹ *nlp* 47 operatur] ordinuntur *Bs3 om. P1* 49 est *om. P3Br* 50 sic] de hiis *Br Arist. Lat.*

51 actus] ab actu *Ra Alb.* 58 considerationis] inquisitionis sive considerationis *P1* inquisitiones *Alb.*

9 dubitatio: cf. Alb., *Quaestio de quiditate et esse*. Ed. Colon. t.25,2 p.279 v.49sqq. cum nota; Alb., *De gen. et corr.* Ed. Colon. t.5,2 p.138 v.19sq. cum nota; Alb., *Super Ethica*. Ed. Colon. t.14,2 p.433 v.4 et 51, ubi Albertus probat quod iste Liber sex principiorum ‘non pertinet ad Aristotelem, quia illud expresse falsum est et contra Aristotelem’. – 33–34 Cf. Euclides, *Elementa* I.1 dif.14 (ed. Busard p.5 v.24); cf. Alb., *Phys.* Ed. Colon. t.4 p.2 v.8 cum nota.

TABULA

TRACTATUUM ET CAPITULORUM

LIBER DIVISIONUM

Tractatus primus de his quae sunt ante scientiam determinanda

Cap.	1.	De utilitate doctrinae	81
Cap.	2.	Quot sunt modi divisionum	83

Tractatus secundus de divisionibus singillatim

Cap.	1.	De manifestatione cuiuslibet divisionis per exemplorum positionem	85
Cap.	2.	De manifestatione divisionum per accidentia	88
Cap.	3.	Qualiter convenientiae et differentiae divisionum sunt inquirendae	89
Cap.	4.	De differentia divisionis generis ad alias divisiones	90
Cap.	5.	De differentiis quae sunt inter divisionem generis in species et totius in partes	91
Cap.	6.	De differentiis divisionum totius in partes et vocis in suas significaciones	93

Tractatus tertius de genere qualiter sunt facienda divisiones generis

Cap.	1.	Quando divisio fit aliquando per differentias et non per species	95
Cap.	2.	Qualiter consideranda est in genere divisio et de differentiis dividentibus	97
Cap.	3.	Quod divisio debet fieri per opposita	100
Cap.	4.	Qualiter sit divisio secundum opposita contradictorie	101
Cap.	5.	Qualiter dividatur genus per oppositionem privationis et habitus	103
Cap.	6.	Qualiter fit divisio generis per contrariorum oppositionem	104
Cap.	7.	Quod secundum oppositionem relationis non est generis divisio	106
Cap.	8.	Quod per immediata divisio generis debet fieri	107
Cap.	9.	Qualiter per divisionem ad diffinitionem pervenitur	110
Cap.	10.	Quod genus in divisione est totum et in diffinitione est pars	113

Tractatus quartus de divisione totius

Cap.	1.	Quot modis dicitur et est totum	115
Cap.	2.	Qualiter sit cuiuslibet totius divisio	116

Tractatus quintus de divisione vocis in significationes

Cap.	1.	Quot modis vox multa significat	119
Cap.	2.	Qualiter in multiplici voce facienda est divisio	120
Cap.	3.	De modis specialibus quibus distinguenda sunt singula multiplicia	122
Cap.	4.	De duabus divisionibus per accidens	123
Cap.	5.	De libri huius determinatione	124

SIGLA CODICUM ET EDITIONIS

Codices operis Alberti semper citati

Ca	=	Cambrai, Bibliothèque municipale Cod. 961 (XIII)
P1	=	Paris, Bibliothèque Nationale de France Cod. Lat. 14382 (1293)
P4	=	Paris, Bibliothèque Nationale de France Cod. lat. 14707 (1413)
Mz1	=	Mainz, Stadtbibliothek Hs. I 81 (1453)
O1	=	Oxford, Merton College Cod. C.2.4 (XV)
Sh	=	Schaffhausen, Ministerialbibliothek Cod. Min. 112 (XIV)
Br	=	Brugge, Bibliotheek van het Grootseminarie Cod. 105/53 (XV)
R1	=	Roma, Biblioteca Casanatense Cod. 210 (A II 31) (XV)
V1	=	Venezia, Biblioteca Nazionale Marciana Cod. Lat. Z 294 (XV)
Si	=	Siena, Biblioteca comunale Cod. G VI 32 (XV)
R2	=	Roma, Biblioteca Apostolica Vaticana Cod. Vat. Lat. 2118 (XV)

Edition operis Alberti

loe	=	B. Alberti Magni commentarii in librum Boethii De divisione, editio princeps recensuit Paulus M. de Loë, Bonnae 1913
-----	---	--

Editio libri Boethii de divisione

Ed. crit. =	J. Magee, Anicii Manlii Severini Boethii, <i>De Divisione Liber</i> . Critical Edition, Translation, Prolegomena and Commentary, Leiden-Boston-Köln 1998, 4–50.
-------------	---

INCIPIT LIBER DIVISIONUM CUIUS PRIMUS TRACTATUS EST DE HIS QUAE SUNT ANTE SCIENTIAM DETERMINANDA

Cap. 1. De utilitate doctrinae

5 | Cum a principio LOGICAE determinatum sit quod logica est scientia docens | per notum venire ad cognitionem ignoti et sint tres eius partes secundum tres actus rationis venientis ad notitiam ignoti, quorum primus est ordinare ea per quae venitur ad ignoti notitiam, secun-
10 dus autem ordinata componere, tertius autem compo-
sita ad decursum ratiocinationis colligere, similiter au-
tem, cum certum sit per divisionem nos venire ad noti-
tiam totius divisi nec aliter quocumque modo compo-
situm nos posse cognoscere, nisi sciamus ex quot et qui-
15 bus et qualibus sit, adhuc cum omne quod dividitur,
compositi cuiusdam habeat modum, procul dubio sci-
entia divisionum est de logicae integritate, et tractan-
dum de divisione in prima parte, in qua docetur modus
veniendi per notum ad notitiam ignoti simplicis sive in-
20 complexi secundum rationis actum, qui est ordinare
praedicabilia et subicibilia in logicis. Sicut enim diffini-

tione devenitur in notitiam incomplexi per priora et es-
sentialia, sic per divisionem venitur in notitiam incom-
plexi compositi per posteriora, quae tamen priora sunt
25 quoad nos. Cum igitur in PRAEHABITIS LIBRIS iam deter-
minatum de ordine divisibilium et dividentium, iam su-
perest, ut de ipsa tractetur scientia dividendi.

Haec enim *scientia studiosis multos affert fructus utilitas*. *Haec etiam apud Peripateticorum disciplinam semper fuit in honore*. Quamvis enim omnis *notitia* sit de numero bo-
norum honorabilium, haec tamen pree multis honore digna est utilia *docens et a maximis doctoribus comprobata*. *Andronicus enim senex*, in quo studium non senuit, etiam in senectute | diligentissime *librum de scientia divi-
dendi* conscripsit, cuius sententiam Boethius translatio-
35 ne non verborum sed sententiarum in libro suo de di-
visionibus transtulit.

Et hic idem, quidem liber ANDRONICI, *comprobatus est a Plotino, philosopho morali*, qui *gravitate* morum et hone-
state talis fuit, quod non comprobasset, nisi ea quae
40

[Ed. crit. p. 5 – p. 6 v. 16] Quam magnos studiosis afferat fructus scientia dividendi, quamque apud Peripateticam disciplinam semper haec fuerit in honore notitia, docet et Andronici, diligentissimi senis De divisione liber editus; et hic idem a Plotino gravissimo philosopho comprobatus, et in Platonis libri qui Sophistes inscribitur commentariis a Porphyrio repetitus, et ab eodem per hanc Introductionis laudata in Categorias utilitas. Dicit enim necessariam fore generis, speciei, differentiae, proprii, accidentisque peritiam cum propter alia multa tum propter utilitatem quae est maxima partiendi. Quare, quoniam maximus usus est facillimaque doctrina, ego id quoque sicut pleraque, omnia Romanis auribus tradens, introductionis modo habitaque in eandem rem et competenti subtilique tractatione et moderata brevitate perscripsi, ut nec anxietas decisae orationis et non perfectae sententiae legentium mentibus ingeratur; nec putet supervacuam loquacitatem harum rerum inexperiens, rudis, insolensque novi, audientium mentes habere aequum, nec ullus livor id quod et arduum natura est et ignotum nostris, nobis autem magno et labore et legentium utilitate digestum, obliquis morsibus obtrectationis offuscet, dentque potius viam studii, nunc ignoscendo nunc etiam comprobando, quam 45 frena bonis artibus stringant, dum quicquid novum est impudenti obstinatione repudiant. Quis enim non videat plurimum ad bonarum artium valere defectum, si apud mentes hominum numquam sit desperatio displicendi? ... Sed haec hactenus.

Ca P1 P4 Mz1 O1 Sh Br R1 V1 Si R2 loe

5 loe p.14 6 Ca f.75ra 34 loe p.15

1 divisionum] divisionis *CaP1Mz1O1Sh* quidem domini alberti add. R2 3 determinanda om. P4 4 doctrinae] scientiae Br om. *CaP1P4Mz1O1Sh* 5 sit] est Br om. *CaP1P4Mz1* 7 et] cum add. sup. lin. Br | tres¹ om. P4 | secundum] cuius *P1P4Mz1O1R1* cuius modi sunt *V1SiR2* 8 venientis] convenientis *Mz1* veniendi R2 | ignoti] per notum add. *R1V1* loe | primus] primum *CaP1P4Mz1O1* 9 ea] illa Sh 10 autem¹] est add. *SiR2* | autem²] est add. *SiR2* om. Br 11 ad decursum] addetur siue *R2* 12 cum] quod P4 | sit] sunt P4 | nos om. Br 14–15 quibus et hom. Br 16 cuiusdam] certum Br om. Sh | habeat] habeant *Mz1* | procul dubio] pro tanto vero Br 17–18 tractandum] est add. sup. lin. Br 21 enim] in add. *R1V1* 21–22 diffinitione] per diffinitionem Br 22–23 incomplexi – notitiam hom. R1 23 venitur] devenitur *O1Br* | in] ad P4 24 tamen om. Br | sunt] sint Br 25 iam om. Br 25–26 determinatum] est add. *BrSiR2* sit add. *O1ShR1V1* loe 26–27 iam superest om. Br | superest] substantie R2 27 ut] nunc Br om. P4 | tractetur] tractabitur Br tractatur P4 28 Haec] quam magnos studiosi afferat fructus add. in marg. Si | studiosis] studiosi *P1Si* 28–29 utilitatis] ut Br 29 Haec etiam lac. Br | apud] iuxta Br 31 haec] hic *R1 vel praem. Mz1* | pree multis] praeccise inter suas Br | honore] rationis *praem. sup. lin. Br* 32–33 comprobata] approbata Sh 33 *Andronicus* Andronicus senex add. in marg. Si | enim senex om. *Mz1* 34 diligentissime om. *BrR1V1* 34–35 dividendi] diligentissime add. Br 35 conscripsit] cum scripsit *Mz1* | sententiam] scientiam Si sententia *V1* 35–36 translatione] quidem add. in. marg. Br 36 non] solum add. Br | sed] etiam add. sup. lin. Br | sententiarum] sententiam *R1* sententia *V1* 37 transtulit] ad praescens *praem. Br* 38 idem om. Br | quidem] quidam Si 39 Plotino Sh 39–40 honestate talis] honestabilis P4 40 comprobasset] probasset loe

5 Cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t.1,1a p.5 v.3–6: ‘Summe autem necessaria et utilis est logicalis philosophia. Ex quo enim logica docet, qualiter ignotum fiat notum, patet quod nulla philosophia aliiquid notum fieri potest nisi per logicae doctrinae facultatem.’; ibidem Ed. Colon. t.1,1a p.15 v.36–37. – 25 Scilicet in libris De V univ., De praedic. et De sex princ. – 31 Cf. Arist., De anima I.1 c.1 (402a 1); Alb., De anima Ed. Colon. t.7,1 p.3 v.23–24 cum textu Aristotelis. – 38 Cf. Magee, Boethii De Divisione, p. XXXIV-LVII.

secundum rationis veritatem essent comprobanda. Est enim liber hic *in commentario Porphyrii*, quem scribit *in librum Platonis, qui sophistes inscribitur*, valde commendatus et *repetitus* pro magna parte sententiae, et *etiam ab eodem* 5 Porphyrio istius libri *laudata est utilitas per introductiones*, quas scripsit *in Aristotelis categorias*. In *ISAGOGIS enim dicit fore necessariam generis, speciei, differentiae, proprii et accidentis peritiam, tum propter alia multa, diffinitiones scilicet et demonstrationes, tum propter utilitatem, quae maxima est in scientia partiendi* sive dividendi.

Propter quod, quia huius scientiae *maximus usus est* sive utilitas, *ego quoque*, dicit Boethius, *sicut plura alia Graecorum opera Romanis auribus sive Latinis, ut scilicet de Graeco in Latinum transferantur, introductionis modo,* 15 *qui facilis est usus sententiae, perscripti, | habita tamen in eadem divisionis scientia competenti secundum auditores subtilique secundum materiam, de qua est intentio, tractatione, ut et materiae tractatus satisfaciat et audienti, utendum etiam in perscriptione istius scientiae moderata brevitate, ita scilicet ne anxietas sive brevitas decisae sive nimis decuratae orationis et expositionis et imperfectae sententiae, quae inexposita non intelligitur, sententiae minus intellectae, ingerantur mentibus legentium et sic confundantur intellectus eorum. Non enim est aequum, quod inex-* 25 *pertae mentes et insolentes, disciplina studii non cohibitae ad aliquam disciplinam, quae mente sunt novi audientes,*

quae semper nova audire desiderat, non immorantes auditis per intentam | studii diligentiam, *supervacuam de his rebus habeant loquacitatem*. Medio ergo modo inter prolixitatem et brevitatem procedemus, ne brevitas nimia 30 sententias occultet, nec etiam prolixitas rerum facilium honoret taediosos.

Contra haec autem, quae dicta sunt, QUIDAM obiciunt dicentes Aristotelem secundum hoc insufficientem in logicae traditione. Et hoc quod dicunt, frivolum est et 35 inane. Non enim est inconveniens Aristotelem, ut hominem, in multis imperfectum fuisse; vel forte Aristoteles haec tradidit, sed ad nos liber | eius non devenit, ut dicit AVICENNA; vel forte, quia aliis hanc scientiam compleverat, approbat, quod factum fuerat; et multis 40 aliis modis ad hoc potest responderi. Certissimum enim est hanc scientiam esse de logicae integritate, quia sine ista scientia non habemus artem veniendi in notitiam ignoti per notum quoad nos et posterius quoad naturam.

Nullus ergo livor invidiae detrahentium studiis humanis obliquis morsibus sive detractionibus obfuscet ad studium, quod arduum quidem, quantum ad naturam scibilis, quod quaeritur, et quod ignotum fuit Latinis auribus et ideo necessarium ad habendam | perfecte philosophiae scientiam, et quod magno nostro labore transferendi ad utilitatem 50 legentium a nobis est digestum, ita scilicet, quod sententias continet apertas, nulla oneratas prolixitate, sed potius,

Ca P1 P4 Mz1 O1 Sh Br R1 V1 Si R2 loe

15 *Si f.104vb* 28 *loe p.16* 38 *R1 f.161v* 49 *Ca f.75rb*

2 enim] etiam *Sh* | hic om. *P4R1V1* | scribit] scripsit *O1BrSiR2 loe* | in²] super *Br* 3 librum] libro *R1SiR2* | qui] quod *R1* | commendatus] est add. *R2* 4 *repetitus*] reputatus *in marg.* *R2* 5 *istius*] huius *SiR2* 6 *quas*] quis *R2* | scripsit] inscrysit *SiR2* | Aristotelis] decem *Br* | enim] cum *Sh* 7 *fore om.* *CaP1O1ShBrR1V1* | *fore necessariam*] inquantum *P4* | *necessariam*] necessaria *V1* | *generis*] et add. *Br* | *proprii*] proprie *Ca* | *accidentis*] esse add. *in marg.* *Br* formae add. *R1V1* 8 *tum*] ut *Sh* cum corr. *in marg.* *Sh* cum *Br* scilicet add. *R1* | scilicet om. *R1V1* 9 *maxima*] maxime *P4* | est om. *O1* 11 Propter] quidem *R2* | quod] quidem *R1* | quia om. *R2* 12 *sicut*] id *praem.* *R1ViSiR2 loe* 13 Latinis] tradens add. *R1ViSiR2 loe* 14 Latinum] latino *P4* | transferantur] transferendo *Br* | introductionis modo om. *O1* 15 est] modus add. *Mz1* | usus om. *P4* usum *Br* | sententiae om. *loe* | sententiae perscripti] sive *CaP4Mz1Sh sum P1* | habita tamen] habitu *Br* 17 de] sub *Si* 17–18 tractatione] tractatio *Si* circa rationem *Mz1* 18 et¹] etiam *R1V1* | audiensi] audiendi *P4* audiendi perscripti *Br* 19 utendum] utendo *Br* | perscriptione] praescriptione *R1Si* | *istius*] huius *BrSiR2* 21 nimis] minus *P4* | decuratae] detractae *P4* detractae *R1ViSiR2 loe* 22 inexposita] in exposito *Mz1* | sententiae] sive *BrR1V1 loe* | minus] unam *R2* 23 ingerantur] ingeratur *ShBrR1V1 loe* 23–24 confundantur] considerantur *Mz1* 24 enim] etiam *Br* 24–25 quod] mentes om. *O1* 25 non] etiam add. *Br* 26 novi] nomen *P4* moveri *R1* | audiensi] et add. *Br* 27 audire] non add. *P4* | desiderat] desiderant *O1Br loe* 29 ergo] aut *P1* 30 procedemus] procedimus *Sh* 31 sententias] sententiam *Br* | nec] ne *Mz1* 32 honoret] oneret *O1ShBr loe* 34 dicentes] fuisse add. *in marg.* *Br* 35 Et] sed *Br* | frivolum] perfrivolum *SiR2 loe* 37 in multis om. *Br* | vel] ut *Mz1* sed *SiR2* 38 haec] hoc *Mz1R1Si* hic *O1* | sed om. *P1* | liber] libri *P4* | eius om. *Br* | devenit] pervenit *BrSiR2* 38–39 ut – vel] vel dicitur aliter quia *Br* 39 quia om. *Sh del. Br* | quia alias] quod *P4* 40 factum] suum *Sh* | et] sic add. *Br* 42 sine] si est *R2* 43 scientia om. *Br* | habemus] haberemus *loe* | veniendi] deveniendi *Br* 44 quoad²] secundum *Ca* 45 livor] minor *P4* 46 sive] si est *R2* | ad] id *ShV1 loe* | studium] id add. sup. lin. *Br* 47 quidem] est add. *in marg.* *Br* 49 perfecte] perfectam *O1* 49–50 scientiam] disciplinam sive *praem.* *O1* 50 quod om. *Sh* | nostro] tanto *O1* | transferendi] transferendum *Br* | utilitatem] utilitate *V1* 51 sententias] scientias *Br* 52 continet] vel sententias add. *O1* | oneratas] honeratas *CaP1P4Mz1V1*

6 Cf. Porph., Isagoge (transl. Boethii Arist. Lat. I,6–7 p.5 v.1–9 (Busse 1,3–8)): ‘Cum sit necessarium, Chrisaorie, et ad eam quae est apud Aristotelem praedicamentorum doctrinam nosse quid genus sit et quid differentia quidque species et quid proprium et quid accidens, et ad definitio nem adsignationem, et omnino ad ea quae in divisione vel demonstratione sunt utili hac istarum rerum speculatione, compendiosas tibi traditionem faciens temptabo breviter velut introductionis modo ea quae ab antiquis dicta sunt aggredi.’ – 33 Robertus Kilwardby, Notulae super librum Porphyrii (Cambridge, Peterhouse Ms. 206 f.33rb): ‘Dubitatum secundo an doctrina hic tradita sit de intergritate logices; et appareat quod non. Logica enim sufficienter habetur in arte diffiniendi et dividendi et collogendi; et doctrina hic tradita non est de aliqua arte istarum: quare ista non erit de intergritate logices. Praeterea, Aristoteles non supponit esse superfluous nec diminutus in traditione artis logices, et nullum edidit de hiis .v. universalibus tractatum: aut igitur doctrina de .v. universalibus non est de intergritate logices, aut, si est, Aristoteles fuit insufficiens.’ – 36–37 Cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t.4,2 p.578 v.23–27. – 39 Avicenna, Logica pars 2 c.2 (Ed. Venetiis 1508, 11vb): ‘Hae sunt communates et differentiae divulgatae quas posuit qui quinque universalibus primus librum fecit quibus nos contenti sumus iuxta ordinem ipsius. Quicquid autem dixit de differentiis, quae non sunt communes, potest corrigi, sicut dicatur verbi gratia quod differentia non solet sic esse, et erit hoc corruptio suaec lectionis, sed hoc non semper.’; cf. Alb., De V. univ. Ed. Colon. t.1,1a p.9 v.4–6; cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t.4,1 p.1 v.38–41.

qui hunc librum legerit, suo exemplo det sive paret *viam studiis*, quibus etiam alii ad studium provocentur. Viam autem dabit, si is qui legerit, vel ignoscat, si imperfecte tradita sunt, vel comprobet ea quae rationis habent perturbationem. Hoc enim melius est, quam quod suis detractionibus *stringant frena* studentibus, quibus a studio bonarum artium motu detractionum retrahantur, dum quidquid novum est in bonarum artium inventione, impudenti *repudiant obstinatione*. Impudens enim est, qui solam novitatem studiis obicit, et non ex ratione vel probat vel repudiatur audita. *Quis enim tam lippus non videat plurimum ad bonarum artium studio inveniendarum valere defectum, si apud hominum perversorum mentes numquam sit desperatio displicendi*, dum omnis humanae inventionis, quantumcumque ratione perfecta sit, semper expectatur detractionis, dum e contra multas de inventis oportet grates recipere?

Sed haec hactenus de laude scientiae et nocumento | detractionis dicta sunt. Ex | his autem, quae dicta sunt, patet, quid huius scientiae subiectum, quia divisibile sive distinguibile in partes intra ipsum potentia vel actu contentas. Hoc enim in communi habet unam aliquam per analogiam rationem, a qua unitate una est scientia. Patet etiam quis modus. Habet enim scientiae modum passiones probans de subiecto et subiecti partibus.

Auctor autem, ut putatur, primus Andronicus, secundus autem apud Latinos Boethius. Causa suscepti operis, ne Latini vel Graeci scientia carerent dividendi. Quamvis autem in v PRIMAE PHILOSOPHIAE distinguatur,

quotiens dicitur unumquodque, tamen scientia dividendi ibi non traditur, eo quod haec scientia pertinet ad eum, qui sermonem considerat secundum quod refertur ad significandam rem, quae est sub voce; et ille est logicus secundum primam partem logicae, quae docet in singulorum incomplexorum notitiam devenire. Est etiam modus doctrinae medius inter introductorium et subtilem, ut propter facilitatem docendi subtilitas non negligatur, quam exigit altitudo materiae de qua tractatur. Et ex his patent ea quae ante scientiam erant inquirenda.

Cap. 2. Quot sunt modi divisionum

| Nunc autem, quae de divisionibus in communi intendimus et de multipliciter dicto non potest tractari in arte vel scientia, nisi prius distinguatur; ideo *divisionis nomen est distinguendum, et secundum unumquodque divisionis distinctae vocabulum* sive nomen, *partes et proprietates uniuscuiusque propositi* per divisionem sunt *tradendae singillatim*. *Divisionis* enim nomen *multis modis dicitur* secundum analogiae communitatem. Dicitur autem sex modis. (1) *Est enim divisio generis in species*. (2) *Est rursus alia divisio, cum totum integrale vel quasi integrale dividitur in proprias partes*. (3) *Est tertia, cum vox multa significans in significationes proprias recipit sectionem*.

Praeter autem tres istas, quae inductae sunt, est alia divisione, quae secundum accidentis fieri dicitur, et huius est triplex

[Ed. crit. p.6 v.16 – p.8 v.2] Nunc divisionis ipsius nomen dividendum est et secundum unumquodque divisionis vocabulum uniuscuiusque propositi proprietas partesque tractandae sunt, divisio namque multis dicitur modis. Est enim divisio generis in species, est rursus divisio cum totum in proprias distribuitur partes, est alia cum vox multa significans in significationes proprias recipit sectionem. Praeter has autem tres est alia divisio quae secundum accidentis fieri dicitur. Huius triplex modus est: unus cum subiectum in accidentia separamus, alias cum accidentis in subiecta dividimus, tertius cum accidentis in accidentia secamus (hoc ita fit, si utraque eidem subiecto inesse videantur). Sed harum omnium exempla subdenda sunt quatenus totius huius ratio divisionis eluceat.

Ca P1 P4 Mz1 O1 Sh Br R1 V1 Si R2 loe

17 loe p.17 18 Si f.105ra 40 loe p.18

